



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 8. Cardinalis Lotharingus, seu de Valdemontio mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. A.C. 1587. Marchia Anconitana natus, ac Pompeji filius, qui Sixti V. tum adhuc Montalti Cardinalis ante Pontificatum Secretarius, & ab eodem, cum jam summus Pontifex renuntiatus esset, Vaticanæ Basilicæ Canonicus primo, mox vero propter fidem præstitam, & in rebus agendis exploratam ejus solertiam, Presbyteris Cardinalibus titulo S. Matthæi in Merulana adlectus est, postquam idem Pontifex altera vice anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo quinto sacrum Collegium auxerat. Hic idem Papa in quadam sua epistola hunc Cardinalem amplis deprædicat elogiis, illumque non modo ob generis nobilitatem, sed & virtutum eminentiam plurimum deprædicat, hinc eundem post Philippi Boncompagni Cardinalis mortem Archiepresbyterum sanctæ Mariæ ad Præsepe declaravit, eumque Congregationis Canonicorum sancti Georgii in Alga Protectorem constituit. Decessit Decius hoc anno ad initium Mensis Octobris nonnisi triginta octo annos natus, sepultusque est in Ecclesia sanctæ Mariæ Majoris.

§. VIII.

Cardinalis Lotharingus, seu de Valdemontio mortuus.

Quin-

Quintus erat Carolus Lotharingius, *Sæcul. XVI.*
 qui alias Cardinalis Valdemon- *A.C. 1587.*
 tius dicebatur, eratque Nicolai Valde-
 montii Comitis, & Joannæ Sabaudæ
 secundæ uxoris suæ Filius, necnon Lu-
 dovicæ, quæ Henrici III. conjux erat,
 Frater. Jam antea Nicolaus dicti Car-
 dinalis Parens ad Virodunensem no-
 minabatur Episcopatum, quo tamen
 dimisso, cum nullo prorsus sacro Or-
 dine insignitus esset, uxorem duxerat,
 secundisque nuptiis ex conjuge sua Ca-
 rolum, de quo agimus, suscepit. Hic
 Mussiponti studiis vacans quasdam The-
 ses Gregorio XIII. Pontifici nuncupa-
 tas propugnabat: post aliquot vero an-
 nos primo Tullensis, & postea Virodu-
 nensis Præsul electus ad Franciæ Re-
 gis, ac Reginæ Sororis suæ preces Ro-
 mana Purpura decorabatur, ac insuper
 Eques etiam Ordinis sancti Spiritus
 creabatur, tandem vero Tulli die tri-
 gesima Octobris hoc anno supra millesi-
 mum quingentesimo octogesimo septi-
 mo nonnisi viginti sex annos natus e-
 vivis excessit, corpusque ejus Nan-
 cæjum translatum in Ecclesia Fratrum
 Ordinis sancti Francisci sepultum quie-
 scit. Huic Genebrardus tertiam edi-
 tionem sui commentarii in Psalmos
 nuncupabat. Scribit Frizonius, quod
 hic idem Cardinalis electo prius Bo-
Hist. Eccles. Tom. L. li bonio

Sæcul. XVI. bonio Cardinale pro sacri foederis Duce
A.C. 1587. sanctæ hujus Unionis Vicarius nomi-
 natus, atque adversus Henricum So-
 rorium suum arma sumere paratus
 fuerit.

§. IX.

*Carolus d' Angennes de Rambouillet
 Cardinalis vita functus.*

*Ciac. t. 3
 p. 1047.
 Courvaisher
 hist. Frsq.
 du Mans.
 Frizon. &
 Aub. l. c.*

Sextus erat Carolus d'Angennes de
 Rambouillet Gallus Jacobi Domini
 de Rambovilleto, ac Isabellæ Cotereau
 Dominæ de Maintenon tertius filius,
 qui pridie Calendas Novembris an-
 no millesimo quingentesimo trigesimo
 primam lucem aspexit, ac juvenis ad-
 huc optimis artibus excultus est, eva-
 sitque Vir solidæ doctrinæ, incorrupto-
 rum morum, perpetuæque innocentiae
 in Regum Galliae Aula, in qua, et si
 hæc omnium corruptissima esset, ra-
 ra semper innocentia clarus versabatur.
 Postea die vigesima secunda Octobris
 anno post Christum natum millesimo
 quingentesimo quinquagesimo nono a
 Carolo IX., & Catharina de Medicis
 Regina ad Cenomanensem Episcopatum
 nominabatur, atque anno sequenti die
 secunda ejusdem Mensis Episcopalem
 suam Urbem ingrediebatur, quam ta-
 men paulo post a Calvinistis invadi, exspo-
 liarique non sine animi sui dolore cernere
 cogere